Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2225

Quelle:
Copyright:

Ich ſuch Chriſtum allain Im gaiſt
Er ſucht Chriſtum leiplich Im flayſch
Ich ſuch Gotts reich In Chriſtus plut
Das er am Creutz vergieſſen thut
Für meine ſünd, mein glaub bekennt
Er ſucht Chriſtum Im Sacrament &c.

Alius inſcribitur *der Schalcksſtull* e *Pſal.* I. v. 1. et Alii quidam breviores. Autor nullibi proditur.

DLXXXIII.

718 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 69. 4. luculente exaratus, rubricis diſtinctus, et ad calcem ita ſignatus: *Daniel van Zürck. Anno 1636. In Hamburch;* continet: I. dialecto Germaniae infer. Tractatum *de quatuor Noviſſimis*, quem jam *Cod.* gemino praeced. inſcriptum *Cordiale* vel etiam *Cardinale* indicavi. Init ille: *Memorare nouiſſima tua et in eternum non peccabis. Deſe woerde* — — ſed cum Folium hic non nihil concerptum ſit, adſcribam *Capitis* 1. cujus Rubrica: *Die erſte capittel van der lichaemliker doot*, initium: *Di erſte van deſen IV. vterſten Dat den menſchen* &c. Finis: *Och of ſij ſmaecten en verſtonden En die vterſte dinghen voerſagben.* Non ſemel editus Libellus Sec. XV. ut dixi ad *Codd. ſupracit.* ubi etiam de Autore conjectavi.

II. *fol.* 43. *Dit es boe een geeſtelic menſche ſinem Vrient Enen goeden brief ſant.* Quaſi dicas Epiſtolam ab Homine pio ad Amicum datam, qua contemtus Caducorum, metus aeterni ſupplicii &c. ingeritur, adjunctis *tribus* aliis Documentis: de Fundamento Vitae ſpiritualis, de cogitando Deo, et de vitando Peccato. Initium: *Lieue vrient in gode ghemint. Wilt altoes voer ogen hebben dat eweghe goet dat god es* &c.

III. *fol.* 49. *Dit ſyn die heilege X. gebode.* Itaque Expoſitio Decalogi, quae incipit: *Sente matheus die ewangeliſte ſcreef in der heilegben ewangelien die men leeſt in groot vaſtelauonde Dat ons ber ihеſus chriſtus ſprac Totten viant Zathanas Men ſal enen god aenbeden* &c. Cum Evangelium de Tentatione Chriſti *Matth.* C. 4. legatur in Eccleſia Dominica I. Quadrag. ſive *Invocabit*, το *Vaſtelavond*, quod quidam ad diem Lunae poſt Dom. *Eſto mihi* reſtringunt, autoris noſtri aevo cum adpoſito *groot* ipſam primam Quadrageſimae Dominicam ſignificaſſe videtur. Ac ſi dicas *magnam Jejunii Veſperam* ſeu *Vigiliam.*

DLXXXIV.

Codex partim membraneus, 788
partim chartaceus Sec. XV. 8. Folior. nunc 144. currente calamo